

**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Pippinum regem per
Langbard directa, in qua continentur gratiarum actiones, & vberrimæ
benedictiones pro vita, & incolumitate ipsius, vel Domini Caroli ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

Coniberto, vestro fidelissimo Vasso in iuxtimus cuncta
liquidius vestrae regali potentiae suggestere; sed & hoc
obnoxie postulamus, benignam excellentiam vestram
ut missos vestros aptos, quales vobis placuerint, ad nos
dirigere debeat, qui in nostro inueniantur esse auxi-
lio, vnu stamen ex eis usque Ticinum properare de-
beat, ut dum cum Desiderio Rege loquutus fuerit,
quicquid eis in responsis reddiderit, vestrae excellen-
tiæ renunciet, reliqui vero duo cum vestro disposito
& ordinatione, apud nos coniungere festinent, ut in
nostro, ut dictum est, consistant auxilio. In columem
excellentiam vestram gratia superna custodiat.

*Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad
Domnum Pippinum regem per Langbard directa, in qua con-
tinentur gratiarum actiones, & uberrimæ benedictiones pro
vita, & incolumitate ipsius, vel Domini Caroli & Carloman-
ni, nobilissimis liberis eius, volens adiutorium obtinere, cum
multis adiurationibus contra Langobardos, & in * Embolum
* Embolo.
continetur praeceptum, quod Marino presbytero direxit,
de titulo Chrysogoni & de libris, quos
ei transmisit.*

XXV.

Summ. 18.
apud Bar.
& Cent.

DOMINO excellentissimo filio, & nostro spirita-
li compatri Pippino Regi Francorum, & Pa-
tricio Romanorum Paulus Papa. Properans
ad nos harum litterarum transuector, Langbard scili-
cet, illustris vir, fidelis eximietatis vestrae Missus, detu-
lit vobis, nectaream atq; florigeram à Deo protectæ
Excellentiae vestrae Syllabarum relationem, cuius ad-
nexam paginam enucleatius perscrutantes, quæ textus
cuius

eius loquebatur, ad singula comperimus. In ipsis quippe sublimitatis vestræ affatibus, desiderabilem nobis & super omnia huiusmodi delectamenta amplexabilem sospitatis vestræ lætitiam agnoscentes, vberiore nostri animi ouantes gaudio, maximè sumus relaxati, in id, q[uod] optata nostri promeruimus comperire cordis, & postmodum nostris à vestris Deo imitabilibus vestigiis reuertentibus Missis, & ea ipsa vestræ prosperitatis gaudia deferentes à nobis in respōsis, gemina exultationis iocunditas nostro inserta est cordi. Nam & dum in auribus omnis sacerdotum cleri, etiā optimatum & reliqui populi, ampliata vestra insonuisset prosperitatis lætitia, & ex hoc nimio gaudio repletigratulantes, exultarunt vna nobiscum in Domino, agnitionimirum proprij, post Deum, defensoris sospitare.

Porro excellentissime & à Deo seruate fili, & spiritualis Cōpater, vehementi dilectione vos erga amore Apostolorū principis, B. Petri, atq[ue] circa nostrā charitatē vos flagrare experimēto didicimus, pr̄sertim dū ipsa excellentiæ vestræ Epistola charitatis calamo cernitur esse cōscripta; etenim ex corde lingua tinxerat; q[uod] in charte refundebat paginā. Quam ob rem magnas gratiarū actiones à Deo protectæ Excellentia vestræ referimus, quoniā dum himirum diuina te clementia, per interuentū sui principis Apostolorū, defensorem atq[ue] opitulatorem, benignissime Rex, sanctæ suæ constituit Ecclesię, cura vestræ eximietati insistat perfectā redemptionē istius prouinciæ atq[ue] exaltationē huius sacrosanctę Ecclesię procurare. Vnde Dñi Dei nostri, vna cum vniuerso populo nobis commisso, imploramus clementiā, vt sua vos protegat gratia & victoriā vobis de cœlo ministrans, cunctas barbaras nationes vestris subii-

subiiciat vestigiis, & longæ uiter regni gubernacula faciat promereri, vna cum dulcissima uella coniuge, excellentissima regina, spiritale nostra comitatre, & vestris nostrisq; amantissimis natis Domno Carolo & Carlomanno potentissimis Regibus, & Domna Gisila excellentissima, & vitæ æternæ cum electis Dei concedat gaudia.

Peto itaq; & deprecor te, Excellentissime fili, & spiritualis Compater, atq; per omnipotentem Deum, & corpus B. Petri, cuius & optimus fidelis existis, coniuro, & maximis supplicationibus deosco, quatenus iubeas sedule in tuo sancto, & à Deo inspirato melli-

*comperiū. fluo corde * confertum retinet; illud, quod vos sanctæ recordationis Dominus & germanus noster beatissimus Stephanus Papa, Dei nutu admonuit, atq; deprecatus est peragendum, & in ea charitate atque amicitia permanere, cunctaq; qualiter vos terribili adhortatione petiit ad id, implere, & effectui mancipare iubatis, ut perfectam mercedem, & repositam plenissime redemptionis nostræ coronam à iusto iudice omniū conditore, Domino Deo nostro, qui vos in regem vnxit; consequi mereamini, & gaudia æterna beatitudinis cum sanctis & electis Dei, dum plenam Dominicam perfectius liberans atque sanctam Dei Ecclesiā defendens, diuinæ maiestati illæsum à sequentium malitia præseruaueris, pro quo & magna, post Deum, benignissime Rex, in tuæ pollicitationis sponsione quam B. Petro contulisti, spei gerimus fiduciam, vna cum omni populo istius prouinciae à vobis redempto.

Salutant itaque communem excellentiæ vestræ Christianitatem, cuncti sacerdotes & clerici istius sa- cro-

cro sancte Catholice & Apostolice Romanae Ecclesie.
Salutant vos, & cunctus procerum senatus atq; diuersi
populi congregatio, optantes una nobiscum, de vestra
amplissima prosperitate & uberrima latitiae diu gau-
dere & in Domino Dō salutari nostro exultare. In-
columem Excellentiam vestram gratia superna custo-
diat.

Embolium.

Per aliam quippe epistolam suam, à Deo protecta
eximietas vestra sicut certè suo bene cupienti patri di-
rexit, quatenus Titulum protectoris vestri beati Chri-
sti martyris Chrysogoni cum omnibus sibi pertinenti-
bus dilectissimo atq; fidelissimo vobis Marino pres-
bytero concedere deberemus: De quo & præceptum
nobis dirigi petistis, quod nempe ob vestram dilectionem,
& in eo, quod fidelis vester, nosterq; idem san-
ctissimus atq; dilectissimus Marinus presbyter existit,
præfati tituli præceptum, cum omnibus locis & pos-
sessionibus sibi pertinentibus, urbanis vel rusticis, vo-
bis exaratum, atq; manu nostra roboratum, per harum
latorem direximus eximietati vestre deportandum.
Direximus etiam excellentissimæ præcellentiae vestre
& libros, quantos reperire potuimus, id est, Antiphonale
& Responsale, in simul artem * Grammaticam,
Aristotelis, Dionysij Ariopagitæ libros, Geometri-
cam, Orthographiam, Grammaticam, omnes
Græco eloquio scriptores, nec non &
horologium noctur-

num.



R

Item

* f. Dialogo
dicamus

*Item exemplar Epistola eiusdem Papæ ad
Dominum Pippinum regem, per Wulfardum & socios eius di-
rectæ, in qua continentur uberrimæ laudes, & de Missis
Apostolicis vel Græcorum in Francia moranti-
bus, seu de * Georgio & Petro.*

* Centur.
Gregorio-
Episcopo.

Summ. 16.
apud Bar.
C. Cent.

XXVI.

DO MN O excellentissimo filio, & nostro spiritu-
li compatri Pippino Francorum Regi, & Fa-
tricio Romanorum Paulus Papa. Votua-
cordis nostri desideria, & intimi pectoris affectum, vt
vestræ Excellentiaræ beneficiorum suffragia sanctæ Dei
Ecclesiæ vota proferentes, optabilem, nimisq; amabi-
lem salutem præcelsæ Christianitati vestræ, atq; excel-
lentissimæ, & nostræ benignissimæ filiæ & commatri,
optimæ Reginæ ; simulq; amantissimis ac præclaris
vestris, nostrisq; in Christo amabilibus filiis, Carolo &
Carlomanno, excellentissimis Regibus Francorum,
& patriciis Romanorum, nec non & omnibus Reue-
rentissimis fratribus nostris, ac dilectissimis nobis Epi-
scopis, presbyteris, etiam religiosis Abbatibus, simulq;
& cunctis optimatibus, iudicibus, Ducibus videlicet &
Comitibus, nec non & vniuerso à Christo protecti
Francorum Regni populo vobis subiacentibus, desti-
namus perennem salutem persistentes etiam una no-
biscum, & in osculo charitatis vos amplectentes, uni-
uersi sanctissimi fratres nostri Episcopi, presbyteri et-
iam, & cunctus sanctæ & spiritualis matris vestre, Roma-
næ Ecclesiæ clericorum ordo, & procerum, optimatum
& vniuersi Romani magni vel minoris congrega-
tio sedulis interuentionibus pro vita, & incolumi-
tatis vestræ lætitia, cœlitusq; vobis concedendis victo-
riis,